aliquem si diuersum senserit amouentes.
Neque enim quisquam nostrum episcopum
se episcoporum constituit. aut tyranni
co terrore ad obsequendi necessitatem
collegas suos adigit. Et in fine huius
epistolae. Haec tibi breuibus inquit pro
nostra mediocritate rescripsimus frater
carissime. nemini praescribentes aut
praeiudicantes quominus unusquisque
episcoporum quod putat faciat. habens
arbitrii sui liberam potestatem; Nos
quantum in nobis est propter hereti
cos cum collegis et coepiscopis nostris
non contendimus. cum quibus diui
nam concordiam et dominicam pacem
tenemus. Maxime cum et apostolus
dicat. Si quis autem putauerit con
tentiosus esse. nos talem consuetudi
nem non habemus. neque ecclesia dei. Ser
uatur a nobis patienter et leniter
caritas animi. collegii honor. uincu
lum fidei. concordia sacerdotii. Prop
ter hoc etiam libellum hunc de bono
patientiae. quantum ualuit nostra
mediocritas. permittente domino et in
spirante conscripsimus. quem ad te

pro mutua dilectione transmisimus.
Hac ille caritatis patientia tolerauit.
non solum in obscura quaestione bonos
collegas non maliuole aliud sentientes
sicut et ipse toleratus est. donec processu
temporis saluberrima consuetudo.
quando deus uoluit etiam declarata ueri
tate plenario concilio firmaretur.
Sed etiam malos manifestos sibique
notissimos. qui non obscuritate quaesti
onis aliter sapiebant. Sed perditae
uitae moribus contra quam praedica
bant. sicut de illis apostolus dicit.
Qui praedicas non furandum furaris.
De talibus enim et istius temporis epis
collegis suis. et secum in communione
manentibus. in epistola sua dicit. esuri
entibus in ecclesia fratribus habere
argentum largiter uelle. fundos insi
diosis fraudibus rapere. usuris multi
plicantibus fenus augere. Hic enim
nulla est quaestionis obscuritas. aperte
scriptura clamat. Neque auari. neque
rapaces regnum dei possidebunt. Et
qui pecuniam suam non dedit ad usuram.
Et omnis fornicator et inmundus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0083